

Hermann Becker


**Rectore Acad. Magnificentissimo Serenissimo Principe Ac Domino Domino  
Friedericu Principe Hereditario Mecklenburgico ... Sacrvm Nativitatis Domini  
Festvm Per Veram Christi, Nostri Redemtoris, Imitationem Ad Dvctvm Dicti  
Pavlini Ad Philipp. Cap. II. v. 6 sqq. Pie Celebrandvm Pro Officii Ratione  
Commendat**

Rostochii: Typ. Io. Iac. Adleri, [1749?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1735450200>

Druck    Freier  Zugang





Programmata omnia festivalia ab A. 1741- 1750. incl.


- |       |  |
|-------|--|
| 1741. | Progr. <u>Passionale</u> M.B.R. D. E. I. F. <u>Mantzel</u> De iis, qui carnis simulacra et banchanalia vivunt.                       |
| 2.    | <u>Paschale</u> - - - - - de exceptione solutionis a die resurrectionis chirographo  |
| 3.    | <u>Pentecoste</u> - - - Ge. Christo. <u>Opponenda ut non fastidio</u> , eundie communiois, vestimentorum.                            |
| 4.    | <u>Michael</u> . <u>Depositum</u> - - - De potestia angelorum agendi in corpora, ecclias prefundere.                                 |
| 5.    | <u>Natalitium</u> - - - Jo. Henric. <u>Becker</u> , vnum ex ea, antea datus <u>animae praefundenda</u> .                             |
| 1742  | 6. <u>Passionale</u> - - - - - de Iesu vero et unico sacrificio expiatorio ex <u>Tindal</u>  |
| 7.    | <u>Paschale</u> - - - - - de nonnullis Theol. <u>Carponianae</u> insitatis ad festis.  |
| 8.    | <u>Pentecoste</u> - - - Fr. Alb. <u>Aegipius</u> de constitutione. <u>Petr. S. Ephes. 11. 30.</u>                                    |
| 9.    | <u>Michaelis</u> - - - - - de gaudio angelorum in celo super pacem terrae <u>Lc. XV. 7.</u>  |
| 10.   | <u>Natalitium</u> - - - J. C. <u>Burgmann</u> <u>Io. 1. 14.</u> verbum caro factum est.  |
| 1743  | 11. <u>Passionale</u> - - - - - De I. C. diuinitate factus pauperes, <u>2 Corint. VIII. 9.</u>                                       |
| 12.   | <u>Paschale</u> - - - - - de salute per vitam filii dei, <u>Rom. V. 10.</u>  |
| 13.   | <u>Pentecoste</u> - - - Matth. Benoni <u>Hering</u> de effectibus spiritualibus et propriis officiis.                                |
| 14.   | <u>Michaelis</u> - - - - - de criminibus laicarum malversationum in angelorum ministerio. <u>Ephes. 1. 12-14</u>                     |
| 15.   | <u>Natalitium</u> - - - Joan. Petr. <u>Schmidt</u> de <u>C. Drudorum Pachresto</u> .   |
| 1744  | 16. <u>Passionale</u> - - - - - De donatione Alcestdis pro Admeto.   |
| 17.   | <u>Paschale</u> - - - - - de <u>Felix</u> <u>Urbino</u> , et <u>F. Gordi</u> .   |
| 18.   | <u>Pentecoste</u> - - - <u>Carponius</u> (Paul. Theodori) de <u>Iudeo</u> , <u>denunzio</u> <u>Li. pro Missione</u>                  |
| 19.   | <u>Michaelis</u> - - - <u>De P.</u> <u>charadre</u> <u>adgnoscendo</u> .   |
| 20.   | <u>Natalitium</u> - - - <u>Qui Storp</u> (Cio Bernh.) <u>ad Rom. 1. 8.</u> <u>doctrinam angelorum</u> .                              |
| 1745  | 21. <u>Passionale</u> - - - - - De intentione animi mortali ex <u>Penitentiatione</u> et <u>contemplatione</u> ostendit.             |
| 22.   | <u>Paschale</u> - - - - - ad <u>Matti. XXVII. 51. 52.</u>  |
| 23.   | <u>Pentecoste</u> - - - <u>Aegipius</u> (F. A. J. de Sp. S. in credentibus inhabitatione et <u>Hebr. 1. 14.</u> <u>operationibus</u> |
| 24.   | <u>Michaelis</u> - - - - - <u>Hebr. 1. 14.</u> <u>operationibus</u>  |
| 25.   | <u>Natalitium</u> - - - <u>Becker</u> (J. H.) de <u>Christo sub Passione</u> <u>consummationem manifestat.</u>                       |

1746. 26. Progr. Paff. M.D.R. Becker (i. H.) von der französischen Wiederkunft Christi  
 27. - - - Psalm. - - - - - de resurrectione & missis e. Heynium  
 28. - - - Pentecosteale - Hering (Coh. B.) de spiritu S. trinitatis  
 29. - - - Michaëlis - - - - - de Angelis eorumq; gradibus e. R. S. et ratione.  
 30. - - - Natalitium - Schmidt (f. P.) De Bedao libro Anna  
 1747. 31. - - - Paffion. - - - - - de Romanie Guirione Parvulorum  
 32. - - - Psalm - - - - - de r. i. s. p. Scheli.  
 33. - - - Pentecosteale - Detharding (G. C.) de donis pentecostalibus.  
 34. - - - Michaëlis - - - - - de angelor. bonorum ordine ac præsidio.  
 35. - - - Natalitium - - - Kaempfer (Petr. Chisham) de tempore aduentus Messiae ex V. T.  
 1748. 36. - - - Paffion. - - - - - de meditationib. quibusd. passionalibus.  
 37. - - - Psalm - - - - - de præcipuis resurrect. C. fructibus.  
 38. - - - Pentecosteale M.D.R. Aepinus (f. A.) de pace cum illius arrhatone 10. XII. 16.  
 39. - - - Michaëlis - - - - - de Angelis.  
 40. - - - Natalitium - - - Burgmann (C. I. C.) de bello et fago erento confiendo 9. IX.  
 41. - - - Paffion. - - - - - de introitu in sanguinem per velum carnis C.  
 42. - - - Psalm - - - - - de dominacione primaria, 1 Cor. XV. 20. 23.  
 43. - - - Pentecosteale - - - Hering (Coh. B.) de sp. S. libertatis vindice, 2 Cor. III. 17.  
 44. - - - Michaëlis - - - - - de paralogismis c. I. hanc de Angelis malis.  
 45. - - - Natalitium - - - Becker (Hermann) de imitatione C. Phil. II. 6. sqq.  
 1750. 46. - - - Paffionale - - - - - de statutis passionalibus Rotulacionibus.  
 47. - - - Psalm - - - - - de exaltatione C. solatii plena Phil. II. 9. 10. 11.  
 48. - - - Pentecosteale - - - Aepinus (Angel. io. Dan.) de sp. S. vesti Divini teste.  
 49. - - - Michaëlis - - - - - de virtutum angelicarum imitatione.  
 50. - - - Natalitium <sup>christi</sup> <sup>christi</sup> To. Bernhard (f. o.) de Anatoli glorioso ac miraculis pleno.

Mecklenburgische  
 Landesbibliothek  
 Schwerin

58. Programmatica

60



RECTORE ACAD. MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC  
DOMINO

45.

# DOMINO FRIEDERICO

PRINCIPES HEREDITARIO MECKLENBURGICO  
VANDALORVM, SVERINI AC RACEBURGI, COMITE  
SVERINENSIS, TERRARVM ROSTOCHII ET  
STARGARDIAE DOMINO

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO

---

SACRVM  
**NATIVITATIS DOMINI**  
FESTVM  
PER VERAM CHRISTI, NOSTRI REDEMOTORIS,  
IMITATIONEM

AD DVCTVM  
DICTI PAVLINI AD PHILIPP. CAP. II. v. 6. sqq.  
PIE CELEBRANDVM

PRO OFFICII RATIONE COMMENDAT  
**HERMANNVS BECKER**  
LL. D. ET PP. O. SEN.  
ACADEMIAE p. t. PRO - RECTOR.

1749.

ROSTOCHII  
TYP, IO. IAC, ADLERI, SEREN. PRINCIP, AVL. ET ACAD. TYPOGR.



**A**nniversarium, diuina fauente gratia, *Cives Academiae Optimi*, iterum celebramus festum natuitatis salvatoris nostri dulcissimi; in tempore versamur, quo ante secula nuntius salutis, iussu summi numinis ad pastores in campo missus, hisce eos adloquebatur verbis: Nihil velitis timere! Ecce, annuncio vobis maximam laetitiae & gaudii caussam, de qua orbis vniuersi gentes gloriari possunt. Natuitatem scilicet redemptoris humani generis, domini omnipotentis, qui sua immensa potestate valer, et vi suae clementiae strenue cupit, ad tenorem sapientissimi ac aeterni diuini decreti, arduum omnium mortaliuum redemptionis negotium ad finem perducere destinatum. Docent hanc diuini nuncii mentem, verba ab Luca cap. 2. vers. 6. maximo cum emphatico pondere, nisi me omnia fallunt, coniuncta, euch ist gebohren der Heyland, der da ist Christus, der Herr in der Stadt David. Christi enim vocem, tam notum est, quam quod notissimum, in sacro codice indicare, personam a Deo uictam et sanctificatam, vt, sicuti pontifex maximus pro tota gente Judaica viictimas Deo offerre debebat ordinatas, ita et pro toto genere humano redimendo adcepitatisimas diuinio

uino numini victimas sui ipsius per aeternum decretum ordinatas ac destinatas offerret: pontificem illum unicum noui testamenti, qui semel sese ipsum ad satisfactionem irae diuinæ dicans, aeternam totius generis humani restaurauit salutem. - - - Hunc autem salutis hominum aeternæ restauratorem, ob intimam utriusque naturæ in una persona coniunctionem vocat nuncius ille diuinus dominum, den Herrn, qui omnipotenti sua, atque omnibus limitibus experti plenitudine decretum a se proposatum ad exoptatissimum, et maxime frugiferum perducere potest finem. Quo magis ergo desperata ac misera erat mortalium conditio, qui omnes ac singuli innumeris suis vitiis iustissimam iram diuinam, et vindictam sibi attraxerant; Quo maiores peruerso vitae genere eorum existebant naevi; quo maior illos exspectabat perhorrescenda ac perpetua poena, sine fine ad saecula usque, propter diuinam ac aeternam maiestatem laesam, perduratara: eo magis quoque miratu dignum et celebrandum erat diuinæ clementiae specimen, quo, pro illa, quae ei erat erga infelices mortales misericordia, ad redimendum hoc maxime damnatum et peruersum genus, summo illo ac maximo vtebatur mysterio incarnationis illius, qui ipsa diuina ac aeterna gaudebat essentia ac substantia. Non poterat homo, ipse depravatus atque peruersus, hominis ac fratrii aequi peruersi et commaculati redemtionem perficere, nec unquam mortalius quisquam, propter poenam a se ipso promeritam aeternam, Deo, aeterno numini, satisfacere. Hinc mittebat Deus ipsum Deum, aequalem sibi quoad essentiam, ut tanquam iustus atque culpa vacuus, nullaque plane poena dignus, pro degeneri et commaculato hominum genere satisfactionem illam aeternam praestaret. Quo magis autem quoque existans est hocce clementiae diuinæ signum; eo magis nostrum etiam exigit, Cives Academiae Optimi, officium, ut debita ac summa reuerentia veneremur hocce sapientissimum, ac maxima clementia plenum dulcisissimi nostri redeantoris negotium, omnique unquam possibili pietate colamus immensam salutem ex sapientissimo hoc negotio in mortales depravatos clementissime redundantem, ac maxima denique industria, indefessoque studio laboremus, quo digni reddamur, coelesti adiuuante auxilio, hac immensa diuina gratia, a creatore nostro benignissimo in hoc, atque per hoc mysterium, supra captum hominum naturalem positum, nobis creaturis clementissime oblata. Haut dignorem, Cives Academiae Optimi, hisce diuinis feriis dicare atque dedicare possumus laborem, quam si hisce vacare meditationibus, omnes neruos intendimus. Immo non sine ratione

tione mihi, pro ea, quaे Christianum deceat; cura, hisce meditationibus occupato, in mentem ac memoriam recurrent verba Pauli Apostoli, doctrina, ac manuductione, vero Christi discipulo maxime necessaria, plena in cap. 2. ad Philipp. vers. 6. seqq. in Germanico nostro idiomate ita a beato Luthero translata. Ein jeglicher sey gesinnet, wie Jesus Christus auch war. Welcher, ob er wohl in göttlicher Gestalt war, hielte er es doch nicht vor einem Raube, Gott gleich seyn: Sondern äusserte sich selbst, ward gleich wie ein ander Mensch, und an Gebährden als ein Mensch erfunden. Er erniedrigte sich selbst.

Docet Apostolus hisce verbis, atque proponit exemplum dulcissimi nostri Christi, redemptoris maxima pietate deuenerandi, omnibus illis, qui in numero eius discipulorum, non nomine, sed omniē esse cipiunt, ad imitandum necessarium et ineuitabile. Inuitat et monet hicce viae salutis praedicator, vt meinores huius signi immensae diuinæ clementiae, per incarnationem huius aeterni redemptoris nobis oblati, ad exemplum huius nostræ salutis restauratoris ad imitandum nobis proposti, summa cum industria allaborare contendamus, quo eandem, quantum fieri potest, ostendamus in nostris actionibus strenuam ac indefessam promptitudinem, in obedientia omnimoda sanctissimæ diuinæ voluntati praefanda. Ut autem eo melius, eo citius nostram flectere possit segnitatem, sapienti maxime ac prudenti consilio reducit nos ad maximam inter Christum, ducem atque antesignanum nostrum, & nos discipulos ac seruos, quibus nuda ac simplex competit obedientiae gloria, intercedentem differentiam. Hunc in finem nobis repraesentat saluatorem illum, ac Dominum nostrum vi unionis personalis in summa ac maxima diuinæ suae maiestatis plenitudine, ita vt in forma Dei esset, in göttlicher Gestalt, h.e. Deo omnipotenti et summo in omnibus non solum similis, sed et aequalis, omnibus atque aeternis diuinis attributis praeditus. Nec offendere nobis debent verba, in forma Dei, quasi ille, qui in forma solum Dei est, haue posse esse Deus ipse, quippe qui sui similis dici non possit, sed analogum solum quoddam, quam haeresin quondam occasione huius dicti biblici fouisse, qui Antitrinitariorum nomine in castris veniunt Theologorum, nobis recenset historia ecclesiastica. In personis enim diuinis, licet essentiae quidem idenditas numerica sit, tamen datur realis substantiae diuersitas, per quam filius a patre realiter distinguitur, atque sic Christus, vt alius a patre aequalis eidem, et in forma diuina

divina constitutus, dici possit. Et hinc, re penitus perspecta, nihil aliud sibi volunt verba illa, in göttlicher Gestalt, quam praeditum ipsum fuisse omnibus diuinis attributis, ipsaque essentia diuina. Licet autem hic noster redemptor et salvator diuina ac aeterna floreret maiestate, haut tamen tanti eam aestimabat, quin aeterno sapientissimi numinis ad salutem hominum determinato decreto obediens, ac morem gerens; ad iussum patris sui aeterni se ipsum libens lubensque exuat hac sua praerogativa, amore immenso erga deperditum mortalium genus per profundam suam clementiam ductus. Determinant hocce satis verba Apostoli, ex hielte es nicht vor einen Raub Gott gleich seyn. Ex Romanorum, quorum ciuis erat, antiquitatibus, Paulinum hocce dicendi genus desumimus deprehendimus, quorum imperatores a gente et prouincia victa reduces in triumpho quodam solemnni urbem perentes, praedam ipsam, et personas hostium captas, tanquam signum gloriae, victoriae et meritorum in rem publicam suorum summo cum apparatu externo secum ducebant. Hinc verba quoque, nicht für einen Raub halten, satis ostendunt, magis huic dulcissimo nostrae salutis restauratori curae, cordique fuisse salutem, atque redemptionem infelicium mortalium, quondam in gloriam diuini numinis ad imaginem Dei procreatorum, quam gloriam et praerogatiavam, ut ita dicere licet, sibi in diuina forma constituto, propriam, et quidem ea sola ex ratione, ut diuino obedientiam praestare possit simplicem decreto. Inde quoque, quia hoc gratiae diuinae opus perficere haut poterat, nisi humana etiam forma induitus, et essentia mortalium praeditus, se promptum paratumque sisteret vindicis diuinis ad immenses et durissimos lubenter ferendos et suscipiendos cruciatus; haut quoque detrectare voluit, ut obedientiae lue omnigenae exstantem daret tesseram, adsumta abiectissima seruorum forma, initium huius negotii suscipere. Id quod volunt verba, ex nam Knechtes Gestalt an sich, immo quia hoc non sufficiens, ward ex gleich wie ein ander Mensch, et licet hominibus aliis quoad depravatam per peccata naturam haut aequalis, tamen quoad essentiam per incarnationem vera in eo erat characteris humani idenditas, hincque similem hominibus omnibus illum vocat Apostolus. Immo quo magis conuictum esse possit mortalium genus (quod ad ea sola ut plurimum respicit, quae in sensu incurruunt extenos) de vera hominis natura illi tributa, per signa praeterita externa in actionibus suis quotidiani et naturalibus hanc declarabat, atque significabat, ex ward an Gebehrden als ein Mensch erfunden.

X 3

Quisnam

Quisnam igitur mortalium , per sanctissimum hoc , ac mysterio plenum incarnationis negotium , per maximum hoc obedientiae nostri redemptoris sanctissimi summo numini praestitum specimen non satis superque conuincitur , de maximo illius in mortales infelices amore ? quisnam non miratur immensam hanc creatoris erga creaturas misericordiam ? & quia pastoris ad exemplum totus componitur , idque merito , gregis numerus , quis verus Christi , dulcissimi nostri redemptoris , discipulus nonne studere cupiat , vt domini sui saluatoris exemplum imitando , Deo omni potenti , optimo , maximo , eiusque sanctissimis ac iustissimis praeceptis omnigenam praestare possit obedientiam , & praestatione officiorum prompta , quantum in se est , debitam persoluat gratitudinem . Excitat ad hoc ipse Apostolus , redemptoris nostri sanctissimi exemplum ad imitandum sedulo inculcans , verbis : ein jeglicher sey gesinnet , wie Jesus Christus auch war . Ostendit hanc apostoli mentem eo clarius ac distinctius totius huius capituli concatenatus ratiocinii nexus . Nam sicuti in antecedentibus versiculis nos per immensam dulcissimi Iesu Christi , redemptoris nostri maxime gratiostis , amorem ducere & perducere studet ad exercitium perpetuum singularum , humilitatis atque submissionis , pacis , mutui ac sinceri amoris , in spiritu unitatis , virtutum ; ita mox , partim ad corroborandam , partim ad ulterius enucleandam suam mentem , omnes hasce virtutes ad unicam illam regulam reducit generalem ; velitis tanquam veri Christiani imitari exemplum huius vestri dulcissimi redemptoris , qui in omnimoda erga voluntatem diuinam obedientia , maximam quaerebat virtutis gloriam . Non possum tamen non quin cum hisce meis meditationibus , qualibus qualibus , simul respiciam ad mox subsequentia Apostoli verba , schaffet , dasz ihr seelig werdet mit Furcht und Zittern . Non quidem ad principium rendit mea sententia pontificiorum , qui ex ipso hoc dicto Paulino deducere satagunt necessitatem ineuitabilem bonorum operum in acquirenda salute aeterna , ea ex ratione , quia Apostolum officio imitationis Christi iungentem alterum , quod cum timore ac tremore salutem operari debeamus aeternam , intendere contendunt ad id , vt per extenuationem quoque externam atque ciuilem , humilitatem Christi imitantes , meritum nobis procurare debeamus . Corroboret hoc varii ritus , & ceremoniae secundum liturgiam eorum in hisce festis diebus adornati , quos praecipue quoad monachos in monasteriis summa cura collectos de- dit D. Edmund. Martene praesbyt. & monach. congreg. s. Maur. ord. s. Be- ned. in II. Tom. de antiquis monachorum ritibus edit. Lugs. 1690. Affe- ram

ram solum , quia opus hocce non ad manus , vnicum eius exemplum ex recensione huius libri, in Tom. 2do supplem. act. erud. p. m. 71. Sic enim dict. auctor ille in libr. 3 , quo pertractat ritus ipsos per annum contingentes, postquam cap. 3. vigilias nativitatis dominicae recentuit, in cap. 4. inter ritus huius festivitatis ecclesiasticae quoque refert consue- iudinem, quod abbas, qui vices Christi agere creditur, ad exhibendum hu- militatis exemplum , cuius formam in salutifera nativitate dominus ac re- demtor noster hoc die induerit, sacro nativitatis domini die coquinae offici- um exercere debeat. Absit talis nimis crassa, superstitiosa, immo absurda, si verum fateri liceat, Apostolini dicendi generis extensio. Nec placere possunt Deo , qui ipse in sacro codice nominatur institutor ordinum, ein Gott der Ordnung, tales fucatae ordinum, ad colendam securitatem & salutem publicam determinatorum, commixtiones & confusiones. Im- mo optime hoc quadrare videntur verba illa finalia in adducta recensi- one Aet. Frud. l. c. „ Illi, monachi scilicet, dieta merita sibi sciunt illa „ Thoma a Kempis de imitatione Christi Lib. I. cap. 17. habitus & tonsura modicum confert, sed mutatio morum, & integra mortificatio passionum, verum faciunt religiosum. Sed hisce non obstantibus, quid vetat, quo minus re- moto abusu , sensum apostoli, ac mentem ex verbis adductis deducam se- quentem: Officium imitationis praescriptae haud in sola animi promptitudine consistere , sed eo quoque respiciendum esse vero ac haut fucato re- demtoris imitatori, ut omni sollicitudine ac industria curet, quo in actioni- bus etiam suis externis & in se indifferentibus fructus reddat huius imita- tionis , & magnificatione Dei aetibus externis declarata , veram Deo pre- stet reuerentiam , ad quam praeter verba sacri codicis , ipsa iamiam natura totum obligat humanum genus.

O felix itaque , o ter quaterque laetus , qui in ipsis huius festi die- bus regulae huius Paulinae memor , ad hunc obtainendum finem omnem suam regit, ac dirigit curam. Nec meliori modo officio meo circa hosce festos dies me satisfacturum credo , quam si VORIS, CIVES ACADE- MIAE OPTIMI , loco adhortationis consuetae ad memoriam reuoco, meditationes sacras Iohannis Gerhardi , theolog. quondam Ienens. famigerat., qui in medit. 30. sequenti modo verba facit: „ ubi vero spiritus unus, ibi „ eadem voluntas , ubi voluntas eadem , ibi etiam actiones eadem. Qui ergo „ vitam suam Christi vitae non conformat , nec domino adhaerere , nec spiritum „ Christi habere videtur. Annon aequum est, ut omnis vita nostra illi confor- „ mis

„mis reddatur, qui ex amore Je nobis totum conformauit? Deus in carne se  
„manifestans, exemplar sanctae vitae nobis proposuit, ne quis sanctam vitam  
„detractans ad carnis confugeret excusationem. Nulla vita iucundior aut  
„tranquillior, quam Christi vita, quia Christus verus Deus, quid vero Deo  
„tanquam summo bono iucundius aut tranquillus? Saeculi vita brevem offere  
„laetitiam, sed aeternam secum trahit tristitiam. Cui in vita te conformas,  
„ei etiam in resurrectione conformaberis. Conforma autem nos,  
„o bone Iesu, vitae tuae in hoc saeculo, ut plene ei con-  
formemur in futuro.

---

P. P. sub sigillo academico,

Fer. I. Natiuit. Domin. A. R. S. ccccxxxviii














the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 572

lici poscit. Et hinc, re penitus perspecta, nihil  
a illa, in göttlicher Gestalt, quam praeditum ipsum  
attributis, ipsaque essentia diuina. Licet autem  
et saluator diuina ac aeterna floreret maiestate, haut  
mabat, quin aeterno sapientissimi numinis ad salu-  
minato decreto obediens, ac morem gerens, ad ius-  
se ipsum libens lubensque exuat hac sua praeroga-  
tio erga deperditum mortalium genus per profundam  
Etus. Determinant hocce satis verba Apostoli, ex  
nen Raub Gott gleich seyn. Ex Romanorum, quo-  
quitatibus, Paulinum hocce dicendi genus desumptum  
orum imperatores a gente et prouincia victa reduces  
solemnis urbem perentes, praedam ipsam, et per-  
, tanquam signum gloriae, victoriae et meritorum  
um summo cum apparatu externo secum ducebant.  
nicht für einen Raub halten, satis ostendunt, ma-  
nostrae salutis restauratori curae, cordique fuisse fa-  
tionem infelicium mortalium, quandam in gloriam  
aginem Dei procreatorum, quam gloriam et praero-  
te liceat, sibi in diuina forma constituto, propriam, et  
tione, ut diuino obedientiam praestare possit simpli-  
e quoque, quia hoc gratiae diuinae opus perficere  
umana etiam forma indutus, et essentia mortalium  
um paratumque sisteret vindicis diuinis ad immen-  
enter ferendos et suscipiendos cruciatus; haut quoque  
obedientiae suae omnigenae exstantem daret tesseram,  
seruorum forma, initium huius negotii suscipere.  
a, ex nam Knechtes Gestalt an sich, immo quia  
ward er gleich wie ein ander Mensch, et licet ho-  
deprauatam per peccata naturam haut aequalis, tamen  
incarnationem vera in eo erat caracteris humani  
similem hominibus omnibus illum vocat Apostolus.  
niectum esse poscit mortalium genus (quod ad ea sola  
quae in sensu incurruunt externos) de vera hominis  
per signa praetera externa in actionibus suis quoti-  
hanc declarabat, atque significabat, ex ward an Ges-  
nsch erfunden.

¶ 3

Quisnam